

minum meum regem quod passiones anime
mutant corpora mutatoibus magnis & ma-
nifestis omnibus & testatio huius est quod
aliqua hora tu videbis aliquem hominem con-
buste compositionis & fortem habentem uo-
cem et cum vigorosa fame et cum super ue-
nerit ei aliquod de quo timet tunc videbis ip-
sum mutatum colore et uigore faciei perditum
et in curuata statura et uocem rauam qui etiam
si uoluerit eleuare uocem suam toto posse non
poterit et de bilitate eius virtus et forsitan
arripit eum terror ex debilitate nimia & eius pul-
sus minorabitur et eius oculi pro fudatur et palpe-
bre grauatur amotus et frigiditas corporis su-
perficies eiusque cibi appetitus cadit et causa
quidem omnium harum passionum est re-
uocatio caloris naturalis et sanguinis ad cor-
dis interiora + Contrarium horum quoque
predictorum esse poterit ut aliquis erit de-
bilis corpore et pallidus coloris faciei et uo-
cem habet planam percepitur aliquidq[ue] letifi-
cat ipsum grandi letificatione statim vide-
bis ipsum robustum corpore et elevata uo-
ce et splendida facie et acceleratur eius mo-
tus et pulsus eius magnificabitur et ipsius
corporis superficies calefiet et apparet. c ii